

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Quaestio XXXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

Similiter pronunciatum An Rath zu Dresden/
Mense Majo, Anno 1589.
It. An Richter zu Dresch. Mense Julio, An-
no 1589.

It. Ad requisitionem Quæstoris in Bitterfeldt.
Mens. Martio, Anno 1596.
Quæstoris in Münschen. Mense Majo, Anno
1617.

QUÆSTIO XXXIV.

De VVergeldo Iuris Saxonici, ejusdemq; præstatione.

SVMMARIA.

1. Pœna homicidij non est ultimum supplicium quan-
do civiliter agitur.
2. Iure Saxon. actio criminalis dicitur, quæ ad pœ-
nam corporis afflictivam tendit.
3. Quoties Reus pœnâ corporalis non afficitur, VVergeldum solvere tenetur.
4. VVergeldum de Iure Civili incognitum, moribus
Saxoniciis fuit introductum. n. 5.
6. Ius Saxon. cum non habet auctoritatem in foro, ni-
siusu & observantia sit receptum.
7. VVergeldus unde dicitur.
8. Vocatur etiam Wanngeldt.
9. Quandoq; etiam Sühnegeldt.
10. Unde originem trahat VVergeldum. n. 11.
12. Definitio VVergeldi.
13. VVergeldum est multa Iuris Saxonici. nu. 14.
15. Et in locum pœna talionis introductum.
16. Quomodo differant multa & pœna.
17. Pœna publica non tollit VVergeldum. num. 22.
23.
18. Summa multa quando indicatur Reo. n. 20.
19. Sententia Scabinorum Lipsensium.
20. Summa multa quanam dicatur.
24. VVergeldus est multa 24. sexagenarum anti-
quarum. n. 25.
26. Pro masculo occiso integrum VVergeldum præ-
statur.
27. Dimidium autem VVergeldum pro femina oc-
cisa.
28. Observantia Scabinorum Lipsensium.
29. Quid, si infans fuerit occisus.
30. Sententia Scabinorum Lipsensium.
31. Si plures sint occisores, an quilibet integrum VVe-
rigeldum solvere teneatur. n. 31. 33.
34. Expensas litis omnes percussores conjunctim sol-
vunt.
35. In Lege Aquilia quod unus præstitit, alium non
releat.
36. Plures delinquentes in unum, omnes tenentur in
solidum.
37. Sententia Scabinorum Lipsensium.
38. Explicatio Const. Elect. 7. part. 4.
39. Femina Rea etiam VVergeldum præstat.
40. VVergeldi præstatio hodie non nisi in crimine
homicidij obtinet. n. 41.
42. In homicidio doloso, quod pœnâ corporis affli-
ctivâ coercetur, VVergeldum à Reo exigi nequit.
n. 43.
44. Observantia fori Saxonici.
45. VVergeldum debet solvi in monetâ usuali.
46. Quid si Reus ob inopiam VVergeldum solvere
nequeat. n. 48.
47. Debitor non solvendo existens, ad manu credi-
toris hodie trahi non solet.
49. Qui non habet in are, luat in corpore.
50. Sententia Scabinorum Lipsensium. num. 51. 52.
53.
54. Cuiam sit adjudicandum VVergeldum. num.
57. 58.
55. Quondam filiabus non competeat jus vindican-
di necem patris. n. 56.
59. Hodie cum Agnatus simul etiam Cognati ad vin-
dicationem necis admittuntur.
60. Sententia Scabinorum Lipsensium.
61. VVergeldum non nisi heredibus necem occisi vin-
dicantibus debetur.
61. Delicta non debent remanere impunita.
63. Cuiam præstandum sit VVergeldum, si heredes
occisi necem vindicare nolint. num. 64. 65. 66.
67. 69. 70.
68. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 71.
72. Num heredes necem occisi non vindicantes ho-
die sese indignos reddant ejusdem hereditate? n.
73. 74. 75. 76. 81. 83. 84. 89.
77. Index hodie ex officio inquirere tenetur.
78. Inquisitio ex consuetudine generali pro remedio
ordinario habetur.
79. Nemo cogitur vindicare necem occisi. n. 80.
81. Sententia Scabinorum Lipsensium.
85. Sententia Scabinorum Lipsensium consuetudi-
nem introducunt.
86. Referuntur Sententia Scabinorum Lipsensium.
nu. 87. 88.
90. Ex hereditate occisi expensa litis Magistratus
inquirenti debent restitui.
91. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 92.

Absque dubio pro homicidii crimine
pœna ultimi supplicii sive mortis na-
turalis constituta est, ut probatum su-
pra quæst. 1. Quod tamen tum verum esse arbi-
tror, quando criminaliter agitur, ut casu nimi-
rum homicidii commissi dolosi, ubi homicida
vel in ipso facto deprehensus & confessus, vel
probationibus sufficientibus convictus est, non

etiam si civiliter agatur. *Jacob. Schult, in addit.
ad Modest. Pistor. part. 3. quæst. 107. nu. 40. Matth.
Coler part. 1. decis. 156. Roibschutz. dict. artic. 1. & 3.*
Quemadmodum enim ob criminis atrocitatem
homicidii pœna multis modis exasperatur &
aggravatur: Ita & ob varias circumstantias ac
qualitates dolum excludentes, eadem pœna mi-
tigatur, ut ex iis quæ præcedentibus quæstionibus
fulius

fius tractata fuerunt, luculenter apparet. Vnde fit, quòd de crimine homicidii non semper criminaliter, sed quandoque etiam civiliter agatur. Non enim de Iure Saxonico criminalis actio, nisi quæ ad panam corporis dirigitur afflictivam, *Matth. Coler. part. 1. decis. 12. Reinhard. Rosa ad Dan. Moller. Constit. Elector. 42. num. 7. part. 4. Ludov. Fachs. differ. 13. Reinhard. differ. 24. part. 4.*

3 Quo casu, quoties nempe de homicidio civiliter agitur, vel quia casu inopinato aut culpa quis alterum occidit, vel sui defendendi causa aliquem interemit, Reus ultra pœnam arbitriam etiam VVerigeldum occisi heredibus solvere tenetur, *Landrecht lib. 2. art. 38. gloss. Weichbild art. 38. num. 12. Landrecht lib. 2. art. 14. gloss. si in dict. art. 18. lib. 2. Landrecht vers. Romer aber nicht vor Rothschütz. in process. part. 2. art. 1. num. 2. ibi: Wo aber nicht einer auß Vorsatz & num. 3. ibi: Würde aber einer um Todschläge etc. Ludov. Fachs. lib. 1. diff. 62. vers. verum de Iur. Saxon. Reinhard. lib. 2. part. 5. differ. 15. Matth. Coler. dict. dec. 156. part. 1.*

4 Idq; supra pluribus demonstratum fuit, imprimis verò quando & quibus casibus Reus ad solutionem VVerigeldi condènari debet. Quidnam verò VVerigeldum sit, quæq; eius sint propria, & in quibus consistat, nondum explicatum est, ideoq; de eo hic dicere restat.

Certum est autem, quod VVerigeldum, de Iure Civili prorsus incognitum, moribus a Iure Saxonico fuerit introductum, in solatium atq; commodum Agnatorum occisi, mortem ipsius vindicantium, quod solvendo Reus quasi per transactionem ab omni actione & accusatione Agnatorum sese liberare poterat, *gloss. in art. 56. in verb. und schadet dem zu seinen Rechten nicht &c. vers. und es heisset lib. 1. Landrecht in art. 21. in verb. voll Wehrgeld lib. 2. Landrecht Franc. Pfeil. conf. 23. Hartm. Pistor. observ. 203.*

5 Sicuti ergò in aliis materiis Iure Civili incognitis, veluti gerada, rebus expeditoriis, cibariis dotalitio, summa multa &c. principaliter Ius Saxonicum, & quid in eo de hisce constitutum, respiciendum est: Ita & in materia VVerigeldi, usus & observantia Iuris Saxonici potissimum attendi debet, præsertim cum Leges Iuris Saxonici eatenus duntaxat Iuris autoritatem obtineant, quatenus observantia & usu sint receptæ cum multa usu reperiantur introducta, quæ cù verbis Iuris Saxonici minimè conveniunt: Contra verò, Iure Saxonico multa constituta reperiantur, quæ usu non sint recepta, atque adeo aliter non valeant, quàm si consuetudine approbata fuerint, *Hartm. Pistor. lib. 3. quest. 16. n. 11. ubi tradit, falli eos, qui cognitionem Iuris Saxonici magis ex verbis, quàm ex usu sibi parare student & lib. 2. quest. 25. numer. 35. Matth. Coler. de process. execut. in præfatione Andr. Scheffer. part. 2. quest. 13.*

6 VVerigeldum autem sive VVerigeldus, (utrumque enim rectè dicitur) Germanicè Wehrgeld / nomen sortitur à vocabulo Wehren, quod Reus solutione istius adversus actionem, quæ occisi agnatis Iure competit; sese

tueri, eamque avertere possit. Quam derivationem nominis probat *Glossa Germanica in artic. 65. in verb. Und schadet dem zu seinem Rechten nicht / etc. vers. Und es heisset darum ein Wehrgeld / das man sich damit aller Klagen erwehren mag etc. lib. 1. Landrecht.* Quandoque etiam vocatur VVerigeldus das Wehrangel / quia de Iure Saxonico competit tantùm Agnatis necem occisi vindicantibus. Licet enim Iure Civili omnes heredes masculinæ & femininæ lineæ necem defuncti vindicare queant sine discrimine *l. 1. C. de his quibus ut indign. l. heredem. eod. tit. l. 1. l. 3. §. non tamen l. non necessarium in pr. ff. ad SCtum. Syllan l. sororem. C. quibus ut indign. l. propter veniens. §. neptis ad SCtum Syllan. l. 1. §. etsi forte ff. de iniur. de consuetudine tamen Saxonica non conceditur filiabus jus vindicandi mortem pacis, nec etiam Cognatis, sed solis Agnatis, *lib. 3. art. 45. ubi gloss. Landrecht & lib. 2. art. 14. & 16. Hinc Franciscus Pfeil. Es gebüret (inquit) das Wehrgeld dem Gebrauch nach dem nächsten Schwermagen / als Söhnen / Vättern / Brüdern oder Vettern / darum das sie den Thätern und den Tod ihrem Vatter / Sohn / Brüdern oder Vettern / angelegt / zu gebühlicher Straffe oder Buse / mit Recht verfolgen conf. 23. Paul. Matth. VVehner in vocabulo Manngeld Hartman. Pistor. observat 203. numer. 9 & 10. Iohan. Köppen. decis. 10. Virgil. Pinguzer quest. 4. numer. 10. Aliàs quoque VVerigeldus appellari solet das Sühnegeld / quod nempe debeat ex compositione & transactione de homicidio commisso, inita cum Agnatis occisi, (quasi Auf Versöhnung.) Vide *Köop. dict. decis. 10. VVehner. in vocab. Sühnegeld. Hartm. Pistor. dict. Observ. 203. n. 8.***

7 Vnde apparet VVerigeldum trahere originem ex transactione inita cum parte offensa, quando nimirum occisi heredes sive Agnati accipiendo certam summam pecuniæ, quæ appellatur das Wehr / Mann oder Sühngeld, transigendo ab actione ipsis competente desistebant, & necem occisi non vindicare permittebant. Quo ipso tamen iudici nequaquam præiudicabatur, nec Reus ob istam remissionem à delicto absolvebatur, sed magistratus non obstante prædicta transactione in lite & actione criminosâ procedere, & ratione officii jus suum publicè persequi, atque pœnam infligere poterat. *Virgil. Pinguzer. dict. quest. 4. numer. 4. VVehner in vocabulo Sühngeld / Nicol. Reusner. lib. 1. decis. 20. Vid. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 3. numer. 101. Iohan. Schneidvvinn. in §. quadrupli. numer. 22. Institut. de action. Fachin. 1. controversiar. 9.*

8 At moribus postea Saxonice introductum est, ut regulariter, nulla etiam transactione præcedente, Homicidii Reus eo casu, quo criminaliter agi, & pœna corporis afflictiva infligi non posset, ad solutionem VVerigeldi condemnaretur. *Landrecht lib. 3. artic. 32. in fin. & lib. 2. artic. 16. Gloss. Weichbild. art. 38.* Idque non tantum in solatium & commodum Agnatorum occisi, mortem ipsius vindicantium, sed & quod pœnæ quodammodo nomine & ratio-

ratione injuriæ cognationi occisi illata deberi videbatur. *Hartm. Pistor. dict. observat. 203. num. 7. Gloss. germ. in art. 21. in verb. Voll Wehrgeldt. vers. Die andere Ursach ist / daß man die Busse zur Bekänntniß giebet / daß der sie giebet / habe an jenem unrecht gethan / welchem er sie giebet. Landrecht lib. 2.*

Regulariter ergo ob commissum homicidium eo casu quo pœna corporalis non infligitur, Reus debet solvere VVergeldum. Hoc ita definiti potest. Quod sit multa viginti quatuor sexagenarum antiquarum, quam Reus ob commissum homicidium non dolosum solvere tenetur heredibus, occisi mortem ipsius vindicantibus. Qua definitione ferè comprehenduntur omnia ac singula, in quibus substantia huius VVergeldi consistit, quæque circa hanc materiam nosse oportet. Quod ut manifestum fiat, singula quæque verba exactius ponderare lubet.

Notandum autem *Primo*: Quod VVergeldum sit multa, solvenda heredibus occisi, ratione injuriæ ipsi illatæ, non ut interesse, sed tanquam pœna in locum illius pœnæ, quæ Legge Aquilia, de injuriis sancita erat, surrogata. *Johan. Schneidvv. in §. in summa Inst. de iniur. n. 4. sub fin. vers. quia hac pœna dimidiis VVergeldi, Hartm. Pistor. observat. 203. num. 7. Matth. Berl. part. 4. concl. 11 n. 21.*

Idque patet ex eo, quod VVergeldum sepius finè vocatur in iure Saxonico *Eine Busse*. Vt in artic. 171. in fin. ibi: *Vor des Wiannes Wehrgeld oder Busse. lib. 2. Landrecht. Gloss. in artic. 16. verb. An dem Mund. & art. 21. num. 3. lib. 2. Landrecht. artic. 45. in verb. Busse und Wehrgeld. lib. 3. Landrecht.* Vocabulum autem (Busse) idem esse ac multam seu pœnam, extra dubium est. *Matth. VVehner. in vocab. Busse.* Idemque manifestè docet *Glossa germanica in artic. 51. Lehenrecht. in verb. Damit sie getrieben werden zu sonderlicher Busse / die wir in dem Gerichte ein gewette heißen / und heißt multa in Latine &c.* Hancque multam VVergeldi in locum pœnæ talionis fuisse surrogatam, tradit *Gloss. lat. in artic. 71. lib. 2. Landrecht. lit. I. Cui consentit Gloss. germanica in art. 21. lib. 2. Landrecht. num. 3. ibi: Die andere Ursach ist / daß man die Busse zur Bekänntniß giebet / daß der sie giebet / habe an jenem unrecht gethan / welchem er sie giebet.*

Non autem per pœnam, sed per multam definitur VVergeldum, propterea, quod multa est pœna pecuniaria, & in sola pecunia consistit. At pœna non solum est pecuniaria, verum etiam capitalis, & si quæ alia corporalis coercitio, cuiusmodi est fustigatio, amputatio manus, ultimum supplicium. *l. 1. l. 2. & tot. tit. ff. & C. de pœn. l. fin. ff. de fer. & dilat. l. aliud fraus est, 131. §. 1. ff. de verb. significat. l. ita vulneratus. §. 1. ff. ad Leg. Aquil. l. si a reo, 70. §. fin. de fideiuss. Gell. lib. 6. noct. Atticar. cap. 14. Johan. Goedd. in d. l. 1. num. 11. & §. 1. numer. 2. ff. de verb. significat. Schard. in Lex in vocab. pœnam dividit Iurisconsultus in multam (Geldstrafe) &*

pœnam (Leibesstrafe) l. aliud §. 1. ff. de verb. significat.

Et hæc multa sive emenda VVergeldi non fito, sed occisi heredibus ratione injuriæ per homicidium commissum ipsi illatæ debetur & applicatur, perinde ut pœna Legis Aquiliæ domino hominis occisi applicabatur, *pr. Inst. de Leg. Aquil.* Ideoque per hanc multam iudici quoad suum interesse nil præjudicatur, neque VVergeldum pœnam judicariam tollit, illud enim parti seu heredibus occisi ut interesse privatum; hæc vero iudici ut publicum interesse debetur, & sic utrumque subsistit. Veluti etiam *D. Augustinus Elector. Saxon.* expressè sancivit, ut Reus homicidii, qui non pœna corporis afflictiva, sed tantummodo, relegatione puniatur, simul in VVergeldum Coniunctis interfecti solvendum, condemnari debeat. *Const. 11 part. 4. in verb. Da ihm aber alleine die Vorweisung zuerkant / daß alsdann das Wehrgeld den Fremden auch mit zugesprochen werden möge &c.* Idque eo quoque casu, quando homicida non relegatur, sed pro qualitate personæ vel pecunia multatur, vel carcere, aut alio quocumque modo, non tamen in corpore, puniatur, obrinere tradit *Dan. Moller. ad dict. Const. Elect. 11. n. 4 part. 4.*

Hocq. usus & observantia comprobatur.

Quinimò, si Reus homicidium non nisi ex culpa levissima commiserit, ita ut non relegatione, nec pœna carceris vel pecuniaria plecti queat, ultra VVergeldum, quod heredibus occisi debetur, etiam in summam multam (das höchste Gewette) iudici solvendam condemnari solet, iuxta artic. 32. in fin. ibi: *Uffwem der Kläger Wehrgeld oder Busse gewinnet / für Gerichte / auff dem hat auch der Richter sein Gewette gewonnen / lib. 3. Landrecht. Et art. 53. in verb. Und um alle Schuld / da der Mann seine Busse mit gewinnet / da hat der Richter auch sein Gewette an &c. lib. 1. Matth. Coler. part. 1. decis. 22. num. 3.* Surrogatur enim summa multa hoc casu in locum relegationis, aut pœnæ pecuniariæ, vel carceris, ita ut summa multa seu interesse publicum, VVergeldum verò ut interesse privatum seu partis censeri debeat.

Ita quotidie solent pronunciare Scabini: Daß Angeklagter wegen der an N. N. begangenen Entleibung am Leib oder Leben nicht zu straffen; Er ist aber gleichwol des Entleibeten nächsten Freunden ein Wehrgeld / und dem Richter das höchste Gewette / nebens Erstattung der Gerichtskosten auff Richterliche Ermäßigung zuerkant schuldig. B. N. W. An Landrichter zu Treuen. Mens. Junio, Anno 1598.

Nach Sachsenburg / An die Schönbergische Wittib. M. Maio An. 1602.

Ad consultationem Wolffen Thielens in Seeburg! M. Martio. A. 1604.

Ad requisitionem Christophori Müllers / In Orttrand! M. Julio, A. 1606.

Quamvis etiam sciam, ratione circumstantiarum & culpæ leviusculæ, summam multam quandoque in sententiis planè omittam, & Reum solummodo ad solutionem VVergeldi fuisse condemnatum, Nam & ius Saxonicum

nicum hoc arbitrio Iudicis committere videtur, ad summam multam petere, an vero eam remittere velit, *dist. art. 32. In fin. Auff dem hat auch der Richter sein Gewette genommen ob ers fordern will / lib. 3. Landrecht.*

Tali modo: Das N. N. des verstorbenen nechten Freunden ein Wehrgeld zu entrichten schuldig und mag hierüber nach Gelegenheit d'falls ferner nit gestrafft werden. B. N. W. An Schöffer zum Hartenstein. Mense Martio, Anno 1596.

An Schöffer zu Freyburg. Mense Julio, Anno 1601.

- 21 Estque de iure Saxonico Summa multa, (das höchste Gewette) sexaginta solidorum, *art. 63. & art. 64. ubi glossa germ. in verb. Sechsig Schilling wetter man den Graffen / lib. 3. Landrecht. Gloss. art. 53. lib. 1. Landrecht. in verb. Niemand wetter um etne Sache. Gloss. marginalis art. 14. num. 4. lib. 2. Landrecht. Gloss. in artic. 10. Weichbildes num. 11. Matth. Coler. part. 1. decis. 146. num. 2. & decis. 157. num. 11. Solidus autem continet duodecim nummos antiquos, vel sedecim novos hodiernos Misnenses, quorum duodecim unum grossum, & 21. grossi florenum constituunt. Hinc facta computatione, 30. solidi faciunt 40. grossos argenteos Misnenses, hoc est, duas sexagenas antiquas sive alte Schock. Et 60. solidi 4. sexagenas antiquas aequiparant, hoc est 80. grossos. Adeoque Summa multa (das höchste Gewette) continet 80. grossos hodiernos novos, sive 4. sexagenas antiquas, 4. alte Schock. Hinc tres summae multae faciunt 6. libras (libra enim continet 20. solidos *gloss. Weichb. art. 47. in verb. Der Burggraffe seu dimidium Wergeldum, drey höchste Gewette machen ein halb Wehrgeld / gloss. marg. in art. 14. n. 4. lib. 2. Landrecht.**
- 22 Neque mirum alicui videatur quod Reus homicidii in casu, quo de homicidio non criminaliter agitur, ultram poenam relegationis vel carceris, etiam in Wergeldum condemnari, & sic duplici poena affici debeat, cum tamen nemo ob unum delictum duabus poenis affligendus sit. *Matth. Vesemb. part. 1. conf. 22. numer. 19. ibi Nemo enim ob unum, & seqq. Bartol. Bald. & Dd. in l. si quis Reus. ff. de publ. iud. Bart. Alexand. & Dd. in l. sepulchri. 6. ff. de sepulch. violat. Etenim istud tunc demum verum est, quando utraque poena ad eundem tendit effectum, & una poena delictum sufficienter est punitum, *Marant. in speculo. part. 4. distinct. 1. numero 20. post princip. limit. a notabiliter, & seq.* Quod tamen hoc casu non contingit, poena enim relegationis vel carceris publicum interesse respicit, ne scilicet delicta maneat impunita; Wergeldus vero in solatium Agnatorum mortem occisi vindicantium introductus est, ipsisque ratione injuria per necem occisi illata debetur, adeoque interesse privatorum concernit.*
- 23 Quinimò, moribus Saxonis & peculiari Constitutione Electorali *11. part. 4. in favorem heredum occisi & odium occisoris Wergeldum fuit receptum, adeoque cum iis quae à iure scripto disposita sunt, nequaquam confundi, nec à poena legali carceris & relegationis ab-*

forberi poterit. Praefertim, cum de iure Saxonico haud absurdum sit, ut Reus praeter poenam publicam parti quoque laesa emendam solvere teneatur, quod accidit in realibus iniuriis, quarum nomine Reus non modò iudici poenam debet, sed & parti offensae certam multam solvit. *Coler. part. 1. decis. 161. Sic & ob iniurias verbales praeter poenam carceris, relegationis, vel fustigationis, injuriant quoque recantationem & sic duplicem poenam imponi, tam certum est ut nil certius. Constit. Elect. 42 part. 4.*

Secundò notandum: Wergeldum esse multam certae summae pecuniae, videlicet viginti quatuor sexagenarum antiquarum, aut octodecim librarum, *Gloss. in art. 65. lib. 1. Landrecht nu. 5. in verb. und d'ß Wehrgeld komt zum allerhöchsten auff 18. Pfund / das seyn 24. alte Schock / solcher Münze / die in einem jeglichen Gericht genge und gebe ist &c. Art. 45. lib. 3. Landrecht. ibi: Ihr Wehrgeld ist auch Pfund. Glossa fin. art. 34. lib. 1. Landrecht.*

Faciunt autem 24. sexagenae antiquae vel 18. librae 20. thaleros, vel 22. florenos, & octodecim grossos. Quod ut exactius intelligatur, sciendum est, libram continere 20. solidos, ut patet ex *glossa Weichbild. artic. 47. in verb. der Burggraffe &c. Solidus autem in iure Saxonico continet 12. nummos antiquos vel 16. novos hodiernos Misnenses, quorum 12. unum grossum efficiunt, & 21. grossi unum florenum, ac 24. grossi thalerum, ut antea dictum, quod probat ex decisionibus Lipsiensium. Matth. Coler. part. 1. decis. 161. num. 69. Una ergo libra facit secundum monetam nostram usualem 26. argenteos & 8. denarios novos. Facta computatione tres librae continent 80. grossos, vel 4. sexagenas antiquas dann ein alt Schock ist 20. Groschen / hoc est, ein Groschen weniger als ein Sülden / *Vehner. in pract. observ. in verb. Wehrgeld. Vnde apparet, octodecim libras efficere 480. grossos vel 24. sexagenas antiquas, Haec autem faciunt 20. thaleros, vel 22. florenos & 18. grossos monetae usualis. P. Matth. Vehner. in verb. Wehrgeld. Matth. Coler. part. 1. decis. 161. in fin. Ioh. Schneidw. in §. sed & Lex Cornelia nu. 7. Inst. de iniuriis Ioh. Copp. decis. 5. n. 15.**

Ob commissum itaque homicidium Reus 26 occisi heredibus Wergeldum integrum, hoc est, 20. thaleros, vel 24. sexagenas antiquas solvere tenetur, cuiuscunq; etiam conditionis ac status fuerit occisus, *artic. 45. lib. 3. Landrecht. in pr. ibi: Fürsten / Freyherrn / und Schöppenbar freye Leute / die sind gleich an Busse und Wehrgeld zu nehmen / &c. ubi Gloss.*

Quod verum est, modò interemptus fuit masculus. Nam foemina occisa, Reus tantummodò, dimidium Wergeldum, h. e. 10. thaleros solvit, *dist. art. 25. lib. 3. Landrecht / Jegliches Weib hat ihres Mannes halbe Busse unnd Wehrgeld. &c.*

Et ita in Scabinatu quotidie solet pronunciari: 28 Er ist aber der Enleibeten Frauen Nechten Freunden ein halb Wehrgeld zu entrichten schuldig &c.

Cujus differentia ratio in Iure Saxon. quidem exprimitur, ea tamen exinde colligi potest, quod, ut supra dictum, VVergeldus cœu pœna ratione injuriæ occisi hæredibus illatæ, solvi debeat, maiorem verò injuriam inferri ipsi per interfectionem Agnati, ut per quem familia conservatur ac propagatur, quam per interfectionem Agnatæ vel Cognatæ, nemo ambigit, §. *fin. ubi Dd. Instit. de patr. potest.* adeoq; de maiori injuria major etiam pœna fuit constituta, maiusque solatium hæredibus concessum.

29 Idque procedit sive homo occisus fuerit adultus, sive infans. Nam maculo infante aut puero interfecto, non minus integer VVergeldus solvi debet à Reo, ac si is adultum & perfectæ ætatis hominem interfecisset, *art. 65 lib. 2. Landr. ibi: Schlägt aber ein Mann ein Kind zu tod/er soll sein voll Wehrgeld gelten/te.* Qui textus de infante maculo exaudiendus est, *iuxta prædicta*; infante enim sexus feminini occiso, Reus ad dimidium tantummodo Wergeldum condemnatur, *art. 45 lib. 3. Landrecht.*

30 *Quemadmodum hoc casu responderunt Scabini Præfetto Weissenfelsensi: So ist N. M. des Entleibeten Kindes Eltern oder nechsten Freunden ein ganz Wehrgeld/wosfern es ein Knäblein/da es aber ein Mägdlein gewesen/nur ein halb Wehrgeld zu geben schuldig te. & Mensis Novembr. Anno 1597.*

Pariter pronunciatum ad requisitionem Quaestoris in Sachsenberg, Mens. Martio A. 1629. Ad consultationem Iudicis & Scabinorum zu Freyburg M. Aug. A. 1629.

Quæstoris Cuzensis, Mensis Septemb. A. 1629. Abrahami à Schönberg. M. Maio. Anno 1630.

Quæstoris Schwartzenbergensis. Mensis Aug. A. 1631.

31 *Tertio: Ex eo quod dicitur in definitione Reum homicidii cōdemnari in solutionem Wergeldi, quæstio oritur: Si plures sint occisores seu Rei unius homicidii. (veluti occiso aliquo in rixa seu tumultu, quo casu cum de certo occisore nō constet. omnes in dubio arbitrariè puniri, & in Wergeldum condemnari jubet Constitus Elect. 7. part. 4.) an quilibet integrum Wergeldum solvere teneatur, an vero sufficiat unius Wergeldi solutio ab omnibus coniunctim facta.*

32 Rationem dubitandi præbet *diff. Constit. Elect. 7. part. 4.* ubi in casu homicidii à pluribus commissi mentio fit Wergeldi in singulari numero, (*neben Erlegung des Wehrgeldes*) & non in plurali numero, (*derer Wehrgelder.*) Vnde videtur dicendum, hoc casu unius Wergeldi solutionem sufficere, ut apparet ex sententia vectorum Scabinorum, *sub fin. Spec. Saxon. tit. von Buss der Bunden: vers. Wann viel Leute einen sol. 524. ibi: So ledigen sie sich alle mit einem vollen Wehrgelde des Todschlages halben. Et paulo post: Denn disfalls der Sachse geordnet/das ein Todschlag mit einem ganzen Wehrgeld solle gebüßet werden/te.* Quemadmodum etiam à Wittenbergensibus quondam fuisse responsum,

3. An pluribus existentibus quilibet integrum VVergeldum solvere tenetur?

testatur *Reinh. Rosa ad Dan. Moller. Const. Elect. 7. n. 7. part. 4. Vid. Aut. Consult. Const. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 21. num. 5. Gloss. margin. ad gloss. ordin. Wettsbild. art. 8. n. 8. lit. B. in med. vers. der Folger seyn gleich einer & c. Reinh. part. 5. differ. 21. vers. secus de Iure Saxon. Zobel. part. 4. diff. 10. n. 5.*

At contrarium verius esse, & in casu homicidii à pluribus commissi, quemlibet percussorū ad solutionem integri Wergeldi teneri, vel exinde apparet, quòd, *ut antea dictum*, in foro Saxonico Wergeldum non est interesse, sed pœna in locum pœnæ Legis Aquiliæ surrogata, *art. 71. in fin. lib. 2. Landrecht/ art. 45. lib. 3. Landrecht/ Gloss. in art. 16. & art. 21. lib. 2. Landrecht/ & art. 51. Lehenrecht Hartm. Pistor. observ. 203. num. 7. Ioh. Schneidvvin, in §. in summa Instit. de iniur. num. 4.* (quicquid etiam in contrarium dicat *Aut. Consult. Saxon. part. 4. quæst. 21. n. 5. tom. 1.* Cuius opinio quoad expensas litis sustineri potest, hæce enim omnes percussores coniunctim solvunt teste *Moll. ad Const. Elect. 7. n. 7. part. 4.* idque praxis quotidiana docet.)

At verò certi Iuris est, quòd in Lege Aquilia vel injuriis illud quod alius præstitit, alium non revelet, *l. item Mela. ff. de sepulch. violato. l. si plures. 2. in fin. ff. ad Leg. Aquil. l. si plures. 34 ff. de iniur. l. doc. Damhoud. in prax. crim. cap. 76. num. 26. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 84. n. 7. Natta consil. 79. nu. 10. Claud. Battand. in prax. rer. crim. regul. 103. num. 6.* Et aliàs plures delinquentes in unum, omnes tenentur in solidum. *Bartol. in l. si præter, §. si ad plures ff. de sepulch. violato. l. si in rixa ff. ad Leg. Corn. de sicar. Neq; pœna ab uno ex delinquentibus soluta liberat alios. l. licet §. possunt ff. Naut. Caup. Stab. §. item executor. Instit. de obligat. qua ex delict. nasc.*

Hæcque sententia placet *Matth. Coler. part. 1. decis. 191. num. 12. 13. Dan. Moller. ad dict. Constit. Elect. 7. num. 7. Matth. Berlich. part. 4. concl. 10. n. 29. Ioh. Schneidvvin. ad §. sed & Lex Cornelia. Instit. de iniur. nu. 6.*

37 *Et secundum eam in Scabinatu Electorali quæstio solemus pronunciare. Es ist aber gleichwol ein jedweder des Entleibeten nechsten Freunden ein ganz Wehrgeld schuldig/te.*

Ad consultationem des Schulvorwalters zu Pfordte. M. Ian. A. 1626.

Senatus Delstiani. M. Aug. A. 1627.

Quæstoris VVutebergensis Mens. Novembr. A. 1603.

An Richter und Schöppen zu Freyberg. M. Augusto, Anno 1629. Et Mensis Martio, Anno 1630.

38 *Nec quicquam adversatur Const. Elect. 7. part. 4. mentionem faciens Wergeldi in numero singulari. Nam & ibidem de pœna pecuniaria disponitur in numero singulari, quam tamen non omnes percussores simul coniunctim, sed quilibet peculiarem multam pro ratione sui patrimonii solvere obstrictus est.*

Et mos quotidianus pronunciandi docet.

Non enim inconferum est Legislatoribus pœnam exprimere in singulari numero, quam rationem

men in uno delicto plurium Reorum à singulis in solidum solvi velint. Ita de Iure communi in Lege Aquiliã, ubi plures aliquem vulnerarunt vel occiderunt, usurpatur verbum singulare, quod nempe omnes pœnam Legis Aquiliæ sustinere debeant, *l. item Mela. 11. §. 4. l. 51. §. 1. ff. ad Leg. Aquil.* Et tamen unica pœna non sufficit, nec solutio unius reliquos liberat, sed singuli pœnam exolvere debent. *d. l. 21. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.*

39 Notandum præterea hic est, quod quilibet Reus propter commissum homicidium culpsum Wergeldum solvere teneatur. Vnde fit, quod & fœmina homicidii Rea ad præstationem Wergeldi obstringatur.

Ita pronuntiavimus Quasori in Freiburg: Sie ist aber des Entleibens nächsten Freunden ein gang Wehrgeld zu entrichten schuldig &c. Mens. Decemb. Anno 1630.

40 Quarto: Benè notanda sunt in definitione Wergeldi verba hæc: *ob homicidium non dolosum.* Condemnari etenim solet in Wergeldum tantummodò Reus homicidii. Licet namquæ de Iure Saxon. pro iniuriis quoque vulnere illatis, certa pars Wergeldi actione civili à Reo exigatur, nimirum pro oris, nasi, oculi, linguæ, auris, membri virilis, manus, pedis amputatione vel mutilatione: Item pro vulnere quod unguis profunditatem, & longitudinem longissimi articuli in medio manus digito habet (vulgò *Rampffer* oder *Fleischwunden*) medium Wergeldum, pro digito decima Wergeldi pars, pro simplici verò vulnere (vulgò *Blutrünst*) 30. solidi, h. e. 40. grossi argentei Miñenses, *art. 68. Landrecht. lib. 1. artic. 16. Landrecht. lib. 2. & artic. 45. Landrecht. lib. 3. Chil. König. in process. cap. 2. num. 36. & cap. 120. numer. 2. Georg. Roithschütz. in process. part. 2. art. 2. numer. 1. Matth. Coler. in tract. de process. execut. part. 1. cap. 9. n. 51. & part. 1. decis. 161. Reinh. differ. 4. part. 3. Zobel. diff. 7. part. 4. Iacob. Scult. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 107. n. 29.*

41 Illud tamen hisce in terris usu hodie non observatur, sed abrogato quoad hoc jure Saxonico, pro iniuriis, vulnere & ictu illatis, pœna arbitraria decerni solet, juxta sanctionem expressam. *Constitut. Elect. 42. in fin. part. 4. ibi: Wir wollen auch diese unsere Constitution auff die realinjurien, als do etner ohne wörtliche injurien am Leibe beschädiget/erstreckt haben. Sezen und ordnen / daß auch in denselbigen die Sachsen Rechte nicht mehr statt haben/ sondern die willkührliche Straffe in unserm Schöppenstühlen erkant werden sol &c.*

42 Neque pro quovis homicidio Wergeldum exsolvendum est, sed solummodò pro homicidio haud doloso, de quo non solet agi criminaliter, quale est homicidium culpsum, necessarium, aut casu inopinato commissum, ubi culpa aliqua intervenit, aut moderamen inculpatae tutelæ debito modo non fuit observatum, vel etiam, si dolus argui posset, actor tamen probationibus haud satis stipatus est: Wergeldum enim, seu Iuris Saxonici mulcta, locum saltem habet, quoties Civiliter de homicidio agitur. At, quando homicidium dolosè est com-

missum, ita ut vel in ipso facto homicida deprehensus sit, vel aliis probationibus sufficientibus convinci queat, tùm pœna homicidii capitalis est, & criminaliter agitur, quo casu Reus Wergeldi præstatione non liberatur, sed pœna corporalis ipsi infligitur, veluti expressè sancivit D. Augustus Elector in *Constit. 11. part. 4. in verb. Do etnem* ob excessum magnum & dolosum, in Fällen den Todschlaß belangende/ *Straupenschläge* oder *Abhauung der Hand /* und also Leibesstraffe zugesprochen worden/ daß der selbige dñsfalls neben der Leibesstraffe mit keinem Wehrgeld zubelegen seyn solle &c.

Idemque dispositum est in Iure Saxonico, *Gloss. art. 53. num. 6. ibi: Were auch einer um seines Friedbruchs willen mit Rechte getödet / der gibt förder kein Gewette mehr / denn er mit seinem Tode dem Westlichen und Geistlichen Gerichte gebüffet hat lib. 1. Landrecht. Gloss. germ. in art. 35. lib. 2. Landrecht. num. 4. ibi: zum ersten mag man mit solcher Klage über den Beklagten ordentliche Pein oder Leibes Straffe fordern/ als über einem vorseten Mann / und mit derselben richtet der Kläger ferner nichts auß / als daß er den Beklagten zur Straffe bringet: Dann mit dem Tode wetter man zugleich dem Richter / und büffet dem Kläger / und also ist sie peinlich. Vid. quoque Gloss. german. in art. 31. num. 2. in fin. lib. 2. Landrecht. & in art. 45. num. 4. lib. 3. Landrecht. Sentent. Scabin. Lipsiens. post Specul. Saxon. tit. von Wette und Busse. fol. 556. Chilian, König. in processu cap. 138.*

44 *Idq; in terris hisce observari usu & experientia iam manifestum redditur, ut nulla pro suo indigeat probatione.*

45 Quinto: Sciendum, non esse in arbitrio Rei, an VVerigeldum solvere, an verò aliud pro eo præstare, aut duriozem ac severiozem pœnam pati velit, sed præcisè condemnatus obstrictus est solvere VVerigeldum in monetâ currente & usuali. *Gloss. germ. in art. 34. in fin. ibi: und daß eine halbe Huff eines Wehrgeldes werth sey / daß sind zum höchsten 18. Pfund / unter weilen 9. Pfunde der Pfennig die geng und gebe sind in dem Lande da es geschicht. lib. 1. Landrecht. Et in art. 40. in fin. ibi: So soll man solche Pfennige gelden / welche in dem Gerichte geng und gebe seyn / und also soll man ihr Wehrgeld / Büffen / und Gewette gelden nach Landes Recht / &c. lib. 3. Landrecht. Quod, si Reus VVerigeldum solvere nolit, aut in morâ sit, iussu Iudicis executio in bona eius fieri potest. *Gloss. in art. 53. numer. 6. ibi: Durch wem man Gewette und Busse bekommen soll / Remlich / daß der Fronhoue solches auß des Büchern pfänden sol / der verbrochen hat lib. 1. Landrecht.**

46 *At quid si condemnatus bona non possideat im- mobilia, neque etiam mobilia habeat, eiusque tanta sit inopia, ut VVerigeldum nequaquam solvere queat? Hoc casu Reum ad instar alterius debitoris nõ solvendo existens ad manus creditoris tradendum esse existimat Matth. Coler. part. 1. decis. 161. n. 67. De Iure enim Saxon. debitor non solvendo existens creditori tradendus est, ut in vinculis & compedibus illi serviat, donec operis vel aliâ ratione integrum debitum solvat. Land-*

recht lib. 3. artic. 39. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 3. n. 160.

47 Sed hæc dispositio Iuris Saxonici planè abrogata est in hisce terris. *Constit. Elect. 22. §. und nach dem wir part. 2.* eiusque loco statutus carcer publicus in debitores non solvendo existentes, der Schuld Thurn/*dist. Constit. 22.* Quo tamen medio contra Reum in opem V Vergeldum solvere non valentem haudquaquã procedendum est. *Tum*, quòd pœna carceris publici desj Schuld Thurns/solummodo debitum exigì poreft. At, V Vergeldum potiùs pœna est, quàm debitum adeoque ad istud dicta constitutio carceris publici seu odiosa non extendenda. *Tum*, quòd carcer ille publicus pœna est decoctorum, eorumvè qui propriã culpã non solvendo existunt, *dist. Constit. 22. in fin.* quod de Reis condemnatis. ad V Vergeldum, veluti debitum inopinatum asseri nequit. *Tum*, quòd sapè Reus ultra V Vergeldum relegatione punitur ob commissum homicidium, cuius pœnæ executio fieri non posset, si Reus in carcere publico detinendus esset.

48 Arbitrantur itaque *Dan. Moller. ad Const. Elect. 12. part. 4. nu. 8.* (quamvis ibidem specialiter loquatur, de expensis litis) & *Matth. Berlich. part. 4. concl. 11. num. 23.* Reum, qui propter inopiam V Vergeldum solvere non potest, severiori pœnã plectendum, & pœnam ultra V Vergeldum ipsi indictam hoc casu exasperandam esse, ita ut luendo pœnam duriorẽ simul iudici & occisi heredibus satisfaciatur.

49 Eoque casu Reos virgis cæfos fuisse, meminit *Moller. dist. loco num. 8.* Cùm generalis sit regula, quòd qui non habet in ære, luat in corpore. *l. si quis id. §. in servos. 3. ff. de iurisd. l. fin. ff. de in jus vocand. l. quicumq. 4. C. de serv. fugit. l. in fin. ff. de pœn.*

50 Hancque sententiam in pronuntiando sequimur in Scabinatu Electorali. Veluti respondimus Quæstorii Plaviensi? Worauß als Churfürstliche Durchl. zu Sachsen unser Gnädigster Herr solches unser Urtheil zu exequiren gnädigst anbefohlen / und darneben die Landesvorweisung auff 3. Jahr angeordnet / hat sich befunden / daß M. K. wegen grosser Armutz weder das Wehrgeld zu entrichten / noch die Unkosten abzustatten vermag / &c. So wird gestalteten Sachen nach die Landesvorweisung noch uff 2. Jahr lang erhöhet / und er also auff 5. Jahr des Landes vorwiesen / *B. N. W. Mens. Martio, Anno 1627.*

51 It. Ist in unserm vorigen Urtheil zu recht erkandt worden / daß P. B. wegen der dem Entleibeten Schubelnecht zugesügten Schläge am Leib oder Leiben nicht zu straffen. Er were aber gleichwol desj Entleibeten nechsten Freunden ein ganz Wehrgeld zu entrichten schuldig / und würde hierüber auff vier Jahr lang desj Landes vorwiesen. und es sich darauff gedachter B. erkläret / daß er zu Abstattung desj zuerlauten Wehrgelds Armutz halber nicht gelangen möchte / &c. So wird gestalteten Sachen nach die Landesvorweisung noch uff 1. Jahr lang erhöhet / und er also uff 5. Jahr des Landes vorwiesen *B. N. W. Ad Senatam Delitianum, Mens. Octobr. Anno 1627.*

52 It: So mag auch der Gefangene solcher seiner Vorebrechung wegen an Leib oder Leben nicht gestrafft werden: Er wird aber gleichwol nebenst Entrich-

tung eines ganzen Wehrgelds desj Entleibeten nechsten Freunden / auff drey / oder weiser er das Wehrgeld zu entrichten nicht vermag / vier Jahr lang desj Landes billig vorwiesen / *B. N. W.*

Ad Quæstorem zu Sachsenburgk / Mens. Mart. Anno 1629.

It. Derwegen ist er desj Entleibeten nechsten Freunde ein ganz Wehrgeld zu entrichten / und die in dieser Sache angewendete Unkosten uff vorbergehende liquidation, und Richterliche Ermessigung zuerstaten schuldig / und mag hierüber ein / oder da er das Wehrgeld zu erlegen nicht vermöchte / zwey Jahrlang mit Landesvorweisung in Straff genommen werden, *B. N. W. Ad requisitionem Quæstorii Zuvi. Kaviensis, Mens. Sept. Anno 1629.*

An Schöffner zu Freyburgk: Mens. Martio, Anno 1631.

Sexto: Quibuscumque V Vergeldum sit ad iudicandum, apparet ex verbis definitionis: (*Occisi heredibus mortem ipsius vindicantibus.*) De lure quidem Saxonico dispositum est, ut V Vergeldus luis Agnatis occisi (cognatis ab eo prorsus exclusis) debeatur, *art. 16. ubi gloss. in verb. und vor seinem Schwertmagen / n. 4. sub fin. vers. das Recht aber gibt d'hs fals &c. lib. 2. Landrecht. Zobel. in addit. ad gloss. artic. 45. in pr. lib. 3. Landrecht. & differ. Iur. Civil. & Saxon. 31. part. 4. Lindov. Fachs. differ. 63. Reinhard. differ. 46. part. 1. Beust. ad admonendi. 11. ff. de iure iur. nu. 1179 sub fin. verb. cum iam facta sit mentio, Franc. Pfeil. consil. 23. cent. 1. Sentent. Scabin. Lipsen. Weichbild. sub tit. Manngeld weime das gebühret. fol. 148 col. 55. Et sentent post Landrecht l. tit. Todschläge ohne Vorsatz / fol. 422. Dan. Moller. ad Constit. Elect. 11. n. 5. & ibi Reinh. Rosa part. 4. Johan Köppen. decis. 10. Paul. Matth. V Veher in pract. obs. verb. Manngeld / & verb. Sühngeld / propterea, quòd filiabus ac cæteris Cognatis nullum competat jus vindicandi mortem patris, vel consanguinei, sed solummodo non Agnatis istud concedatur. *Gloss. artic. 45. Landrecht. lib. 3. Matth. Coler. part. 1. decis. 159. n. 6. Nicol. Reusn. lib. 1. decis. 20. n. 18. Joh. Köppen. dist. decis. 10. Hering. de fideiuss. c. 10. n. 352. ubi plures allegat. Quod juris Saxonici statutum ex Longobardorum legibus originem habere, tradunt Coler. & Reusn. dist. locis, ubi ad rem allegant gloss. in c. 1. §. hoc autem notandum. verb. legibus, in fin. de his qui feud. dar. poss. ut & Bald. in l. 20. §. fin. ff. de acquir. vel amit. heredit. & in l. 87. §. Lucius 4 ff. de legat. 2. Vid. Joh. Köppen. dist. decis. 10. n. 1.**

Quia tamen naturali æquitati, ac sanguinis necessitudini, quã Cognati perinde ac Agnati sibi invicem sunt conjuncti, hoc repugnare videatur; ideoq; Interpretes hanc dispositionem Iuris Saxonici eò restringunt, si Agnati extent necem defuncti vindicantes: Quod si verò Agnati non extent, aut necem defuncti vindicare nolint, in eorum defectum fœminas quoq; cognatas & alios ex fœmininã lineã descendentibus, tam ad vindicationem mortis occisi, quàm ad V Vergeldi perceptionem admittunt. *Zobel. in addit. ad gloss. ordin. Landrecht. lib. 3. art. 45. n. 4. & part. 4. differ. 32. num. 2. Matth. Berlich. part. 4. concl. 8. num. 45. Dan. Moller. ad Const. Elect. 11. nu. 5. part. 4. ubi hanc opinionem in Aula Ele-*

ctora-

Et orali approbatam testatur. *Petr. Heig. part. 2. quast. 34. n. 16. & seqq. Ant. Consult. Const. Saxon. tom. 1. part. 4. quast. 43. nu. 2. & tom. 2. part. 4. quast. 60. n. 1. Nicol. Reusn. lib. 1. decis. 19. nu. 18. Matth. Coler. part. 1. decis. 159. n. 10. Paul. Matth. VVehner. in observat. pract. in verb. Manngeld oder Süßgeld.*

37 Præterquam enim quod æquum est, ut & filiabus & cognatis in solatium parentis, & cognati amissi & occisi quid concedatur, arg. l. capitalium 28. §. per. ff. de pæn. §. femina. Institut. de adopt. Heig. d. l. quast. 34. num. 19. negari haud potest, ipsis per internecionem patris sive Cognati, æquæ ac filii & Agnatis injuriam inferri. Quare & haud immerito VVerigeldum filiabus atque cognatis solvendum est, cum hoc pænæ nomine ratione iniuriæ occisi familiae illatæ debeat, ut supra dictum & probatum fuerit. *Hartm. Pistor. observat. 103. num. 7.*

38 Quod & iuri communi convenit, quo mortem occisi non tantum masculi, sed & feminae heredes vindicare possunt, l. sororem. C. de his qui in bus ut indign. l. propter §. neptis. ff. ad Scutum Syllan. l. mater. C. de calum. l. uxor. C. de his qui accus. non poss. & multis textibus hoc probat Iohann. Köpp. d. l. decis. 10. num. 3. & seq. Nicol. Boer. decis. 121. num. 2. Nicol. Reusner. lib. 1. decis. 159. num. 11. & seqq. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quast. 58. num. 35. Coler. d. l. decis. 159. part. 1. Hering. de fidei. c. 10. num. 355.

39 Quinimò, licet masculi sive Agnati extent, necem occisi vindicantes, unâ cum iis tamen simul feminas aliosvè cognatos in pari gradu existentes ad vindicationem admitti, ulus & praxis quotidiana hujus Regionis docet.

Veluti etiam pronunciarimus Quaestori in Sala. 8a Mens. Febr. Anno 1603.

Non parum enim per hoc onus vindicationis, quod plurimos sumptus & litis expensas requirit, sublevatur; Neque Agnatos unquam de hac re conquestus fuisse, memini. Equum igitur est, ut cognati unâ cum Agnatis necè occisi vindicantes solatium ac commodum laboris quoque habeant, & de Wergeldo participant. Quo respicere videtur *Constit. Electoral. 11. part. 4.* quæ tam in rubricâ, quam in textu expressè loquitur von des Zoden Freunden Et sic nulla facta inter Cognatos & Agnatos distinctione, Reum ad solutionem VVerigeldi propinquis interfecti, sive paternâ lineâ conjuncti sint, condemnari jubet, ut benè advertit *Dan. Moler. d. l. Const. 11. n. 4.*

60 Eademq; verba Constitutionis etiamnum hodie in *Elect. Scabinatu sententiis inserere solemus, nulla facta distinctione inter Agnatos & Cognatos, mares & feminas, in hunc modum respondentes: Er ist aber gleichwohl des Entleibe ren nächsten Freunden das Wehrgeld zu entrichten schuldig &c.*

Quamvis autem Wergeldum heredibus occisi principaliter in solatium parentis seu Cognati amissi & ratione iniuriæ per internecionem defuncti ipsis illatæ debeat, ut supra demonstratum fuit, *Gloss. in artic. 21. lib. 2. Landrecht/ num. 3. vers. Die andere Ursache/ Iohan.*

Schneidvvin. in §. in summa. Instit. de iniur. nu. 4. Hartm. Pistor. observat. 203. num. 7. attamen hoc verum est, si heredes etiam necem occisi debito modo vindicent; Wergeldum siquidem tantummodò heredibus mortem occisi vindicantibus debetur. *Zobel. in addit. ad gloss. ordin. Landrecht/ lib. 3. art. 45. nu. 4. Francisc. Pfeil. consil. 23. in verb. Darum daß sie den Thäter/ und den Tode ihrem Vatter/ Sohn/ Brüdern oder Bettern angelegt/ zu gebührlicher Straffe oder Buss mit recht verfolgen / Virgil. Pingutz. quast. 4. numer. 9. 10. Köppen. d. l. decis. 10. Paul. Matth. VVehner. in pract. obs. vocab. Manngeld/ item Süßgeld.* Eo namque modo, sub spe nempe VVerigeldum lucrandi, ad vindicandam necem occisi heredes alliciuntur, & excitantur. Reipublicæ enim interest, omnibus modis providere, ne delicta maheant impunita. *l. ita vulne. §. 5. §. estimatio autem. vers. si quis absurd. ubi gloss. in verb. impunita. ff. ad leg. Aquil. l. locatio. 9. §. quod illicitè. ubi gloss. in verb. alterum. ff. de publ. & vectigal. l. 18. §. 1. vers. nedum judicis: junctâ gloss. in verb. impunita ff. de judic. l. 20. vers. at usqui confitetur se occidisse: ff. de inter. in jur. fac. l. si operis publici 14. C. de pæn. maxime cum in vindicanda necè parentis seu Cognati, honor & dignitas liberorum atque heredum verteretur, cuius ne ulla fiat deminutio, publicè interest. *Nicol. Reusner. lib. 1. decis. 20. numer. 23.**

63 Sed, quid si heredes occisi necem vindicare nolint, aut vindictam Magistratui committant? Eo casu, ut & si Agnati vel Cognati desint, & occisus non relictis heredibus mortuus fuerit, VVerigeldum Magistratui seu Iudici eius loci, cuius est jurisdictio & ultio, adjudicandum esse, docet *Dan. Moller ad Constit. Elect. 11. in fin. part. 4. & Virgil. Pingutz. quast. 4. num. 10.*

64 Ex eo præcipuè fundamento, quod gerada, res expeditoriæ, aliaque bona vacantia, heredibus non capacibus, aut planè non existentibus, cedant magistratui, qui superiori jurisdictione loci munitus est, ut inde desumat expensas executionum criminalium, aliaque onera jurisdictionalia teneat, juxta *artic. 28. Landrecht/ lib. 1.* Vid. *Schneidvvin. ad tit. Institut. de heredit. qua ab intest. defer. rub. de success. fisci. numero 17. Roghschütz. in tr. de gerad. artic. 15. num. 7. & seqq. Reuh. Rosa. ad Dan. Moller. Constit. Elect. 38. n. 9. part. 3.*

65 Quæ tamen opinio (ut pace istorum Viros dixim) mihi nequaquam placet. De gerada enim, rebus expeditoriis, & hereditate vacante manifesta extat sanctio Iuris Saxon, *d. l. art. 28. lib. 1. Landrecht/* quæ hæc res heredibus deficientibus, Magistratui tribuit, adeoq; prorsus non dubitandum, quin vacantia hæc bona Magistratui cedant. Quod ipsum non statim ad VVerigeldum extendi debet, hoc enim, ut sæpius dictum, heredibus occisi ratione injuriæ ipsis illatæ debetur; quam si heredes necem interfecti non vindicantes occiso remittant, nec pænâ VVerigeldi, ceu eorundem interesse solummodò concernens, ulterius obtinebit.

R 4. Existi-

66 Existimo igitur distinguendum esse: An heredes occisi vindictam Magistratui commiserint, eiq; jus suum contra occisorem resignaverint; An verò ultionem planè neglexerint, ita ut Magistratus ex officio contra occisorem processerit, aut etiam heredes prorsus non extent, quibus jus ultionis competit.

67 *Priori casu*: si heredes occisi vel propter inopiam, vel etiam aliam ob causam à vindicandi munere desistant, illudque Magistratui committant, officium iudicis implorantes, ut per modum inquisitionis contra Reum procedatur, eique pœna promerita indicatur, quod sapissimè fieri solet, tum eis VVergeldum adjudicandum esse, non aliter ac si ipsimet agendo adversus Reum necem occisi vindicassent, asserere haud vereor. Non minus enim dicitur vindicare & agere in iudicio qui officium iudicis implorat, quàm qui oblato libello actionem ordinariam instituit. Nec refert, an quis ipsemet agat, aut alium agere faciat, modo constet, ipsum agere, nec iniuriam sibi illatam remittere voluisse. Et crimina non solum per accusationem vel querelam ordinariam, verùm etiam per viam denunciationis, inquisitionis, & implorationis officii iudicis apud Magistratum deferri & vindicari possunt. *Azo & Hostiens. in summ. tit. de accusat. Nicol. Reusner lib. 1. decis. 24. num. 22. Iodoc. Damhonder. in prax crimin. c. 4.*

68 *Hinc Elector. Scabini heredibus occisi, licet ipsimet necem non vindicent, nec contra occisorem agant, si tamen vindictam Magistratui committant, eique jus suum resignent, VVergeldum adiudicare solent. Prout responderunt ad requisitionem Quæstoris Deliciani. Mense Febr. A. 1586.*
Ad consultationem Senatus Grimmenfis, Mens. Maio, A. 1629.
Quæstoris in Senftenburg / Mense Februar. A. 1630.

69 *At Casu posteriori*: Quando hæredes nec ipsimet mortem interfecti vindicant, nec vindictam Magistratui committunt, aut etiam occisus non relictis heredibus obiit, ita ut iudicem ex officio inquirere, vel accusationem instituere oporteat tunc neque heredibus occisi, neque iudici ex officio procedenti VVergeldum adjudicari, sed in sententia istud planè omitti debet, Reusque hoc casu à solutione VVergeldi planè immunis est, ut in terminis tradit *Hartm. Pistor. observat. 202.*

70 Neque enim heredibus occisi VVergeldum hoc casu debetur, ut qui nec ipsimet per modum accusationis, neque per iudicem implorando eius officium, cædem interfecti vindicarunt, & sic tacendo iniuriam sibi illatam remisisse videntur. Non etiam Iudici VVergeldum adjudicari debet, ut qui publicum interesse tantummodò querit, Reum certâ pœnâ, relegationis, carceris, aut multâ pecuniariâ plectendo, ratione propriæ verò iniuriæ, cuius nomine solummodò VVergeldum debetur, non habet quod conqueratur, cum ipsi nulla fuerit

iniuria illata, adeoque nec solatium aliquod petere poterit.

Ita pronunciatum fuit ad requisitionem Quæstoris in Stollberg: So haben sich des Enkelbeter Erben solches Wehrgelds / oder auch nicht mehr desselben ihr von Amts wegen auch nicht anzumessen D. N. W. M. Decem. A. 1591.
An Amtsvoigt zu Weissenfels / M. Octobr. A. 1601.

Ad requisitionem Senatus Gorlicensis, M. Mart. A. 1630.

Occasione huius quod dictum fuit, heredes occisi mortem non ulciscentes Wergeldum non capere, quæritur: *Quid de hereditate occisentiendum sit, an & hanc heredes necem defuncti parentis, vel alterius Cognati, non vindicantes admittant, eaq; per id sese indignos reddant.*

Quod quidem de iure Civili dubium non habet, quo expresse dispositum, ut ab heredibus tam ab intestato, quàm ex testamento succedentibus, non ulciscens mortem defuncti, tanquam ab indignis hereditas cum fructibus perceptis & percipiendis sit auferenda, *l. heredem. 17. ff. de his quibus ut indign. l. 1. l. minoris. 6. cum l. seq. l. cum fratrem. 9. cum l. seq. C. eod. tit. l. cum fisco. 9. l. si sequens 15. l. Gaius. 22. cum l. seq. l. fin. ff. ad Syllan. l. 1. ubi Dd. ff. de iur. fisci.* Adeoque de iure Civili heredes mortem interfecti parentis & Cognati sub pœna privationis seu confiscationis bonorum vindicare tenentur.

Hanc verò pœnam privationis seu confiscationis bonorum, contra heredes non vindicantes necem defunctorum de iure Civili constitutam, hodiè prorsus in desuetudinem abiisse, tradit & tenet *Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 79. num. 8 post Foller. in præf. Canon. fol. 45. num. 32. quem etiam sequitur Peregrin. lib. 2. tit. 5. in fin. de iur. fisci Paul. Matth. VVehner. in præf. observat. in vocab. Wehrgeld. Nicol. Reusner lib. 1. decis. 20. num. 62. Quibus tamen vehementer contradicit *Petr. Heigius l. 2. quæst. 34.* existimans, etiamnum hodiè heredes necem parentis vindicare recusantes, se indignos paternâ hereditate constituere, quod adductis rationibus dubitandi & decidendi fat multis stabilire conatur allegans ad hanc rem decisionem VVittebergensium.*

Sed meo iudicio fundamenta Heigii tanti ponderis non sunt, ut propterea à sententia *Iul. Clari. Foller. Peregrin. Reusner.* quos & Lipsensès sequuntur, teste ipsomet Heigio *diçt. quæst. 34. n. 10.* recedendum sit, id quod (omissis iis fundamentis, quæ ab Heigio tradita ac refutata fuere) subsequenter rationibus demonstrari potest.

Primò: Certum & indubitatum est, quòd ratione alicuius iuris seu dispositionis cessante, ipsa dispositio nullum sibi amplius vindicet locum. *l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de iur. patron. Iason. in l. quod dictum. 32. numer. 2. ff. de pact. Petr. de Vbald. in tract. de duob. frat. part. 6. quæst. 9. num. 10. Tiraquell. in regul. cessante causa. num. 130. Nicol. Everhard. in loc. à cessat. ration. n. 2.* Atqui ratio dispositionis Iuris Civilis, quæ here-

hereditatem heredibus necem occisi non vindicantibus auferebat, hodiernis moribus simpliciter cessat. Ergo nec dispositio iuris Civilis ulterius obtinebit. Si enim iura & pœnam privationis hereditatis diligenter & exactè perspexerimus, inveniemus, eam adversus heredes non ulciscentes mortem occisi propterea fuisse constitutam, ne ipsis ab accusatione desistentibus, homicidium remaneret impunitum, eorumque honor & dignitas, quæ in vindicanda & puniendâ eade parentis versatur, deminueretur. *Nicol. Reusner. lib. 1. decis. 20. nu. 7. & 23.* Non enim iudex adversus Reum homicidii procedere, eamque punire poterat, nisi accusatione instituta. *gloss. in l. 2. §. pen. verb. sine accusatore. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Iura namque neminem sine accusatore damnari volunt. *c. de manifesta 2. quest. 1. c. sicut ad extirpandum. de cohob. cler. l. fin. ubi Alber. ff. de in ju. vocan. Marant. de ordin. judic. in part. tit. de inquis. in pr. & nu. 6. & num. 105. Foller. in pract. Crim. part. 1. part. 2. rubr. Novell. in prax. crim. num. 4. fol. 9.* Nec criminis cognitio vel pœna executio sine accusatione procedit. *c. Ecclesia. ubi gloss. in verb. non conventi. de Constit.* Et iudex non rogatus, si sit causa civilis siue criminalis, nemini suum impertit officium, nisi scilicet ab eo postulatum, hoc est, pro tribunali petiitum sit. *l. fin. §. hoc autem 8. ibi. qui non postulavit ex periri non potest. ff. de damn. infect. Nicol. Reusner. lib. 1. decis. 21. num. 10. & seqq. & decis. 24. num. 8. & seqq.* Vnde accidere poterat, ut actione ab heredibus non instituta, homicidii crimen planè impunitum remaneret.

77 At verò hodiè, non solùm usu & consuetudine, verùm etiam sanctione singulari in *Ordin. Provincial. Saxon. de Anno 1555. tit. Von Unkosten der peinlichen Rechtsfertigung. in verb. da kein Kläger vorhanden / &c.* in hisce provinciis introductum est, ut iudex absque accusatione partis etiam ex mero officio ad inquisitionem criminalem & delictorum punitionem procedere possit ac debeat, adeò, ut negligens officium facere ipsemet crimine non levise obstringat. *Nicol. Reusner. lib. 1. decis. 25. numero 30. Petr. Heig. part. 1. quest. 39. num. 24. Paris de Pus. de Synd. in verb. negligentia. cap. 1. nu. 8. 9. cap. 4. num. 4. 6. Foller. in pract. Crim. Canon. in verb. aut inquisitione. num. 20. 21. & seqq.* Vnde & hodiè inquisitio ex generali consuetudine remedium reputatur ordinarium. *Heigius dict. quest. 39. num. 8. Alphon. Villag. in pract. canon. dict. de inquis. cap. 16. concl. 18. Reusn. dict. decis. 25. nu. 28. ubi plures allegat.*

Quapropter, licet hodiè heredes ab accusatione desistant, & necem interfecti ulcisci nolint, ea tamen semper à iudice ex officio vindicatur, & sic homicidium, etiam si non agant heredes, nec impunitum remanet, nec heredum dignitas quæ in punitione Rei versatur, deminuitur. Quæ cum ita sese habeant, heredes sub pœna privationis hereditatis ad accusandum cogere, supervacaneum esset.

79 *Secundo:* Si pœna privationis hereditatis ad huc hodiè obtineret, sequeretur, heredes ad

vindicandam necem occisi cogi posse; satis enim coactè quis facit id, ad quod metu pœnæ inducitur. Atqui de consuetudine hodiernâ heredem invitum quærelam vel accusationem de homicidio commissò instituire non cogi, tradit *Virgil. Pingit. quest. 4. numero 11. ubi & à Ienensibus aliquoties ita responsum fuisse refert.*

80 Eamque consuetudinem convenire sanctioni Caroli V. Imper. haud obscure apparet ex *Ordin. Crimin. art. 214.* In verb. *Auch in dtes. m. oder andern der. letzen Fällen / auftragen wider seinen Willen nit genötiget werden / und wo der Beschädigte nicht peinlichen klagen wolte / so soll dennoch die Obrigkeit den Thäter nicht desto weniger von Amteswegen rechtsfertigen / unnd nach Gelegenheit der Person und Überführung strafen lassen.* Vnde liquet, in arbitrio esse, an quis agere velit adversus occisorem, nec ne, & si accusatio intermittatur, iudicem ex officio inquirere, & Reum puniri debere.

Quemadmodum etiam responderunt Scabini ad 81 consultationē VVolfgangi Theodorici Trunschlers: Ob nun wol des Entleibeten Vatter E. VV. des Vermögens ist / das er uff seine Unkosten seines Sohnes Todt wider den schuldigen Thäter gar wol rechtlichen Eyffer und vindiciren lönte &c. So mag er doch hier zu wider seinen Willen nit gedungen werden / sondern Ihr als der Gerichtsherr / weil euch die Ober. Gerichte des Orts zuständig / seyd solchen Todschlag / damit derselbe nicht ungestraft bleiben möge / gegen den schuldigen Thäter durch den gewöhnlichen Rechtsproceß zu vindiciren schuldig. B. N. W. Mens. Jun. Anno 1608.

82 *Tertio:* Præterea, nec de Iure Civili heredes præcisè Reum accusare, & ordinatio processu adversus occisorem agere tenentur. Prædicti namque textus iuris Civilis solummodò ultionem & vindictam necis heredibus imponunt. Ulcisci autem & vindicare dicitur etiam ille, qui iniuriam sibi illatam non impunitam relinquit, sed crimen quovis modo persequitur, *l. scientiam. §. cum aliter. ff. ad Leg. Aquil. 18. §. 1. ff. de iur. fisci.* adeoque & ij, qui vindictam iudici committunt, quod communiter heredes agere nolentes faciunt, mortem occisi ulciscuntur. Nam juxta usum fori & iudiciorum, inquisitio vice accusationis succedit. *l. pen. ff. de publ. jud. Nicol. Reusner. lib. 1. decis. 24. nu. 23.* Et si heredes cum occisore super lite criminali transigentes vindicate dicuntur occisi necem, ut ipsemet fateretur *Heig. dict. quest. 34. n. 26. ed.* quod per transactionem initam declarent, se animum ulciscendi habuisse, & per concordiam illam planè inultam necem defuncti relinquere noluisse; certè multò magis censebuntur ulcisci mortem parentis, si vindictam Iudici committant.

83 *Quarto:* Vnde etiam de Iure Civili heredes non agentes adversus occisorem, nec necem occisi vindicantes sese hereditate indignos redderent; aliud tamen de consuetudine obtinere, nec pœnam privationis hodiè locum habere, tenet *Iul. Clar. dict. quest. 79. nu. 8.* ideoque non tam ad jus scriptum, quàm consuetudinem receptam hoc casu respiciendum est.

Licet

84 Licet autem Heig. *dict. quæst. 34. num. 44.* re-gerat, *Iulium Clar.* ibidem non nisi de consuetudine locali seu provinciali in certo loco Italiae obrenta testari: istud tamen eiusdem verbis repugnat, quæ generalia sunt, & absque dubio de consuetudine generali loquuntur, de qua etiam testantur *Foller. Peregrin. Nicol. Reufner. & Virgil. Pingitz. ad locis.*

85 Quinimò, secundum Doctrinam *Iul. Clar.* heredes, nimirum non vindicantes necem occisi, per id sese hereditate eius indignos non reddere *Scabini Lipsenses* sapius, atque ante plurimos annos pronunciasse, eamque in pronunciansando etiamnum sequi, apparet ex eorundem sententiis, quæ non modò in Electorali Aulâ confirmatæ & approbatæ fuere, sed & consuetudinem in hisce terris introduxerunt, teste *Henr. Gôden. Consil. 74. num. 6. vers. prout Scabini Lipsenses. Matth. Coler. part. 1. decis. 59. n. 11. Iacob. Schult. ad Modest. Pistor. part. 3. quæst.*

86 *122. n. 59.* Ita respondendum ad consultationem *Henrici à Schönberg:* *Ist C. von N. am 22. Decembr.* des abgewichenen Jahres von *I. A. von V.* durch etliche Stiche dermassen verwundet worden / dafier bald hernach davon gestorben / und es hat bemeldes *N. Vater* euch als dem Gerichtsherrn des Orths / solche That Amtes und Obrigkeit wegen zu vindiciren / und den peinlichen Proceß zu vollführen übergeben / und anheim gestellet / darneben auch dasjenige was sein Sohn an Kleidung / etlicher weniger Daberschafft / und anderer Fahrnûß hinter sich verlassen / abgefordert &c. So send er ihme sezo berührte seines Sohnes Verlassenschafft / euers darwider gethanen sührendens ungeachtet / folgen zu lassen / und den peinlichen Proceß von Obrigkeit und Gerichtswegen zu vollführen schuldig / *B. N. W. Mens. Maio, Anno 1606.*

87 *li. versu: Gôlshen. ad requisitionem heredum Augustini Raumanns.* Ist euer Ehemann und Vatter vor 14. Tagen von *P. K.* so nunmehr stüchtig ohne gegebene Ursach mit einem Stecken entleibet worden. Do ihr nun dessen vindication euren Gerichtsherrn / als welchem die Obergerichte zuständig anheim stellen würdet / &c. So were der Gerichtsherr wider den stüchtigen Thäter gebühlichen zu procediren schuldig / und ihr hättet euch dadurch / gedachtes euers entleibeten Ehemannes und Vatters Erbschafft nicht verlustig gemacht *B. N. W. Mens. August. Anno 1622.*

88 *Similiter pronunciarunt ad requisitionem Catharina Eunsens / zu Drtrandt / Mens. Maio, Anno 1598.*

An Rath zu Döbeln / Mens. Ian. An. 1602.

Ad consultationem Christophori Theodorici à Eichtenhain / Mens. April. Anno 1625.

Ad requisitionem Iohan. Gottmans zu Plauē

Mens. Iulio, Anno 1625.

Ad consultationem H. B. à D. Mens. Octobr. Anno 1628.

Nec quicquam incommodi per id Reipublicæ ac Magistratui infertur, ad cuius officium alias spectat, omnibus modis providere, ut crimina vindicentur, & fontes è medio tollantur, ac pœnas promeritas luant. Quinimò longè consultius est Reipublicæ, per viam inquisitionis summarie, & sublato (quod dicitur) velo absque longo litis sufflamine adversus Reum procedi, quàm per processum ordinariû, multas ambages ac circuitiõnes inveni, quibus sæpè numero pœna delictorum negliguntur. *Nicol. Reufner. lib. 1. decis. 24. n. 32.*

Nisi quis filci incommodum urgere velit, ex quo sumptus atque expensæ suppeditantur, iudici ex officio procedenti, quas in processu ordinario heredes necem occisi vindicantes ipsimet impendere tenentur. Hoc filci onus ut aliquo modo sublevetur, existimo, in casu, quo heredes mortem interfecti non ulciscentes opulentiam & lucrosam acquirunt hereditatem, ex ea sumptus filco restituendas esse.

Quemadmodum sapius pronunciarunt Scabini. Ob nun wohl des Entleibeten Wittib und Erben / ihres Ehemannes und Vatters Todt zu vindiciren nicht gemeinet / sondern dasselbe der Obrigkeit des Orths anheim gestellet / &c. So haben sie sich doch der Erbschafft dardurch nicht verlustig gemacht / Es seyn aber gleichwol / weil euren Bericht nach der Entleibete eines ziemlichen Vermögens gewesen / die Gerichts und andere Unkosten / so in dieser Sachen uffgewendet werden müssen / uff vorgehende liquidation und Ermäßigung interstatten schuldig / *B. N. W. An M. Ioh. Gottsman zu Plauen. Mens. Iulio, Anno 1651.*

Ad consultationem Praseli Rochlicensis: Wile. wol des Entleibeten Wittib und Erben der vindication ihre Mannes und Vatters Todes sich nicht angemasset / sondern dieselbe dem Amte übergeben: So habê sie sich doch dadurch des Entleibeten Erbschafft nicht verlustig gemacht / Es werden aber gleichwol die auff diesen Proceß gewendete Unkosten auff vorgehende liquidation und Ermäßigung von selbiger Erbschafft billig entrichtet und abgestattet *B. N. W. Mens. Decembr. Anno 1630.*

Similiter fuit pronunciatum ad requisitionem Iohan. Elemens zu Reichenbach / Mens. Iun. Anno 1625.

Senatus Ilenburgensis, Mens. Octobr. Anno 1627.

Ad requisitionem Christophori Theodorici à Eichtenhain. Mens. April. Anno 1625.

Vilhelmi Theodorici à Thumshirn / zu Erzmischau. M. August. Anno 1629.

QVÆSTIO XXXV.

De Crimine fractæ pacis publicæ, eiusque pœna.

SVMMARIA.

1. Nil aqûe ad Principes pertinet, quàm studium concordie.
2. Constitutio de pace publicæ ab Imper. & Statibus Imperii in Comitibus promulgata.
3. Quare Constitutio hac stricte servanda sit. numer. 4.
5. Unde originem habuerit, & qualenam fuerit Cæterbinatum. n. 6. 7.

2. Pœna